

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Deductionem Funebrem Quam Virgini ... Mariae Geißmers/ moestissimi parant parentes, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448653>

Druck    Freier  Zugang



Cothman, J.,

in M. Geissmer.

Rostock. 1639.

48.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777448653/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448653/phys_0002)

DFG





RECTOR  
*Universitatis Rostochiensis*  
JOHANNES COTHMAN,

S. S. Theologiae Doctor &  
Professor.

AD  
DEDUCTIONEM FUNEBRIS

Quam

VIRGINI PUDICISSIMA

MARIE Geissmers/

moestissimi parant parentes,  
Omnes omnium ordinum Cives Academicos, in  
templum cathedral Jacobaeum, ad horam pri-  
mam, quo pars est studio invitata.



ROSTOCHI,  
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1639.

139.

КАМЕНТО ЗЕИАНОІ



215 AM



## RECTOR

*Universitatis Rostochiensis,*

**JOHANNES COTHMAN,**  
S.S. Theologiæ Doctor  
& Professor.



Rrorum quos magno nu-  
mero foyit antehac, & etiamnum  
papatus ultimus non est, virgini-  
tatis immodica deprædicatio, quæ  
in immensum ita crevit, ut integri hac de re con-  
scripsi sint libri, eo fine, ut nonnullis credulis vir-  
ginibus persuadeant, virginitatis votum apud  
Deum esse meritorium. Hinc illa Ambrosij ex-  
clamatio libro i. de virginibus: Videte igitur quan-  
ta virginitatis merita sint. Et Bernhardus ait, ser-  
mone 21. de virginitate: Duplicatum est bonum  
virginitatis, quia in hoc mundo sollicitudine ca-  
ret seculi, & in futuro præmium castitatis recipiet.  
Sine dubio quæ castæ perseverant virgines, ange-  
lis Dei erunt æquales, virgines fœliciores erunt in

æterna beatitudine. Et eo collimat exemplum,  
quod proponit Ambrosius allegato libro hisce  
verbis: memoræ nostræ puella dudum nobilis in  
seculo, nunc nobilior Deo, cum urgeretur ad nu-  
ptias à parentibus & propinquis, ad Sacrosan-  
ctum altare confugit. Quò enim melius vir-  
go recurreret, quām ubi sacrificium virginitatis  
offertur? Ne is quidem finis audaciæ, stabat ad  
aram Dei pudoris hostia victima castitatis, nunc  
capiti dexteram sacerdotis imponens, precem po-  
scens, nunc justæ impatiens moræ, ac summum al-  
tari subiecta verticem. Num melius, inquit, quām  
altare velabit, quod sanctificat ipsa velamina,  
frontem? plus talis decet flammeus, in quo ca-  
put omnium Christus quotidie consecratur. Quid  
agitis vos propinqui? quid exquirendis adhuc nu-  
ptijs solicitatis animum? jam dudum proximas ha-  
beo. Sponsum offertis? meliorem reperi. Quaf-  
libet exaggerate divitias, jactate nobilitatem, po-  
tentiam prædicate: habeo eum, cui nemo se com-  
paret, divitem mundo, potentem imperio, nobilē  
cœlo. Hactenus Ambrosius. Quod si quis opine-  
tur olim quidem hanc fuisse papatus sententiam,  
nunc verò aliam. Audiat cardinalem Bellar-  
minum, virginitatem hostiam Dei nominantem,  
qua Deus colatur. Nos licet virginitatem in sub-  
jecto idoneo, donum continentæ habente, pro-  
pter

pter præsentem necessitatem, non improbemus,  
ut hinc cum Apostolo dicamus; cæterum qui stat  
firmus in corde, non habens necessitatem, sed po-  
testatem habet propriæ voluntatis, & hoc decre-  
vit in corde suo, ut servet suam virginem benefa-  
cit. Et ejusdem quoq; defuncta nostra virgo  
**M A R I A G e i s s m e r s** fuit sententia. Quæ cum illis  
exornata fuisset virtutibus, quæ facile sponsum in  
sui amorem allexisserent, noluit tamen temporum  
horum consideratione conjugij onera experiri, sed  
potius domi aliquandiu manere, & parentibus so-  
latio esse voluit. Et eventus multarum rerum Ma-  
gistra satis comprobavit, quæ Dei circa defun-  
ctam nostram virginem fuerit voluntas. Ut au-  
tem more consueto à nativitate exordium histo-  
riæ defunctæ nostræ faciamus res ipsa postulat. Na-  
ta ergo illa est Anno 1618. 25. Decembr. ex pijs ho-  
nestis & præcipuis parentibus, patrem habuit vi-  
rum honestissimum, civem primarium Dn. H E I N-  
R I C U M G e i s s m e r / ædis Jacobæ præfectum vigi-  
lantissimum, Negotiatorem industrium, ac ordini  
nostro si quisquam aliis addicſiſum. Matrem  
vero **M A R I A M G e r d e s** matronam primariam, virtu-  
tibus foeminam decentibus conspicuam. Avus  
paternus fuit **M I C H A E L G e i s s m a r** Senior, civis  
dum vivebat literatus, ac Senator prudentissimus,  
Avus paterinus **J O A C H I M G e r d e s** / ei⁹is prima-  
lius

rius ac literarum imprimis gnarus. Avia paterna  
fuit matrona primaria ELSA Fresen / quæ genus  
paternum ex Fresiorum; maternum verò Makio-  
rum vetustis familijs, indicante id Chronologia  
Linnenbergij, duxit. Hisce præcipuis & laudatis  
majoribus orta defuncta nostra virgo, per lava-  
crum regenerationis & renovationis Christo in-  
serta, & postmodum laudabiliter educata, virtuti-  
bus virginem pudicam exornantibus imbuta fuit.  
Parentibus quarti memor præcepti, morigeram se  
præbuit. Unde licet ista præcepto huic addita pro-  
missione: ut sis longævus super terram, in hac vi-  
ta defuncta nostra, si literam consideremus, non  
fruatur; Certissimum tamen est (Deus enim men-  
tiri nescius) quod eandem in altera, quam beatæ ex  
hac vita emigratione ingressa est, abunde satis ex-  
periatur. Ut enim nunc sunt tempora, diu vive-  
re non est alicui beatitudini annumerandum, cum  
jam verum sit: diu vivere, est diu torqueri. Hæc  
enim vita, non jam vita, sed potius calamitas est.  
Quia ergo timoris divini Studiosissima fuit, vo-  
luit Deus pietatem illam, facta ex hac misericarum  
valle, in alteram calamitatis nesciam translatione  
remunerare. Quam felicitatem vos mœstissimi  
parentes dilectissimæ vestræ filiæ minime invide-  
bitis. Causarum enim eur illam diutius supersti-  
tem esse voluistis, hæc sine dubio primaria est,  
quod

quod illa jam **matura** viro , & plenis nubilis annis  
fuerit, proinde optavisti vobis generum, qui non  
solum dilectissimæ vestræ, jam præter omnem ex-  
spectationem denatæ filiæ, suavissimus maritus,  
sed & vobis dilectus gener & filius fuisset, cuius  
ope & consilio, quod reliquum est vitæ, in vera pie-  
tate transigere potuissetis: Sed videtis Deo aliter  
placuisse, dum dilectissimam vestram filiam præ-  
terito die mercurij circa vesperam 7. mensis hujus  
currentis die ægrotare vidistis, morbo quidem  
initio mortem non minitante, sed tamen paula-  
tim vires, vegeto licet in corpore, ita imminuen-  
te, ut licet intervalla quæpiam, boni quid omni-  
tantia intervenerint, tandem tamen vis morbi vi-  
cit ac ii. hujus hora 10. matutina finem vitæ intulit.  
**Casus** hic quidem est plane insperatus, Deo tamen  
placuit, proinde maximè id vobis potest esse sola-  
tio, quod filiam vestram dilectissimam non amise-  
ritis, sed in vitam æternam, quod omnes Dei auxilio  
rendimus præmiseritis. Vidistis enim filiam ve-  
stram carne & sanguine Christi sub Symbolis pane  
& vino in sacramento Eucharistiæ cibatam. Cum  
gaudio perceperitis, morbo paululum remittente,  
eandem librum precationis poscentem, se seq, di-  
Etis Biblicis ex concionibus publicis, quibus saepe  
inter fuit, observatis consolantem. Unde indu-  
biè colligere potestis, illam non esse amisam, sed in  
vitam

vitam æternam, omniū ærūm narū expertem præmissam. Solent parentes imprimis filiarum nomine, ne quid adversi ipsis contingat esse solliciti, proinde instantे obsidione, alijsq; imminentibus pressuris, ad loca tutiora easdē mittere solent. Supremus parens coelestis, qui quid nobis conducat optime perspectūm habet, videt nobis adhuc imminere pericula. Voluit itaq; filiam vestram tenerimè à vobis ad amatam in locum tu- tissimum transferre, & periculo subducere. Illud non odij, sed amoris potius paterni esse indicium, ipsimet fatebimini. Interim vos cives Academi- ci ad contestandam vestram condolentiam fu- neris deductionem ut exornetis rogamini. Quod officium eò libentius præstabitis, quò frequenter defunctæ nostræ parentem, virum candidum & optimum ordinisq; nostri amantissimum, funera sine discriminē nostra Academica, comitari ante- hac vidimus. Facit erga frequentiori comitatu, ut gratos vos esse reapse probetis. Fiet verò con- ventus in æde Jacobæa ad horam primam.

P.P. Rostoch. sub sigillo Universitatis

13. Aug. Anno 1639.











Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777448653/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448653/phys_0016)



quod illa jam matura viro s  
fuerit, proinde optavisti v  
solum dilectissimæ vestræ,  
spectationem denatæ filiæ  
sed & vobis dilectus gener  
ope & consilio, quod reliqui  
tate transigere potuissetis:  
placuisse, dum dilectissimam  
terito die mercurij circa vespa  
currentis dic ægrotare vidili  
initio mortem non minitau  
tim vires, vegeto licet in co  
te, ut licet intervalla quæp  
nantia intervererint, tandem  
citac 11, hujus hora 10. matuti  
**C**asus hic quidem est plane in  
placuit, proinde maximè id  
tio, quod filiam vestram dilce  
ritis, sed in vitam æternam, q  
tendimus præmiseritis. Vi  
stram carne & sanguine Christi  
& vino in sacramento Eucha  
gadio percepistis, morbo p  
candem librum precationis p  
etis Biblicis ex concionibus p  
inter fuit, observatis consola  
biè colligere potestis, illam no




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Patch Reference number on UTT Serial No. 032

↑ mm

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Patch Reference number on UTT Serial No. 032

↑ mm

ubilis annis  
um, qui non  
er omnem ex  
us maritus,  
isset, cuius  
in vera pie  
Deo aliter  
filiam præ  
ensis hujus  
o quidem  
men paula  
imminuen  
i quid omi  
s morbi vi  
titæ intulic  
Deo tamen  
st esse sola  
non amise  
Dei auxilio  
a filiam ve  
abolis pane  
am. Cum  
emittente,  
seleq, di  
nibus sæpe  
nde indu  
sam, sed in  
yitam